



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Cap. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13156**

*Secundarias quasdam habenas.*) Totum hoc est commentitium. De habenis observavit, quod & nos ostendimus, trajici per annulos consuevisse. Sed fuerunt illæ habenæ ordinariæ, nec annuli in capsâ, verum iugo, quod abunde monstravimus.

## Cap. X.

*Combatus.*) Omnia hæc falsa sunt, & inepta, & vox ipsa prorsus ignota classicis scriptoribus.

*Comba, quod lecticam.*) Hoc ex cubandi vel accumbendi voce arbitror collegisse. At *comba* veteribus, quæ & *cumba*, & *cymba*, navigium, non lectica, quod in libris nostris de Militia Navali demonstravimus.

*Vox est lingue Sabine.*) Hæc vero ficta sunt à nostro, neq; usquam apud veteres leguntur.

*Apparet ex antiquis monumentis.*) Supra jam optavimus ab amantibus antiquitatis ista publicari, quod hic repetimus.

## Cap. XI.

*Sulpitius Gallus.*) Hunc ego Sulpitium Gallum penitus ignoro, neq; visum hætenus, aut in lucem datum arbitror.

## Cap. XII.

*Comitatus semper Marco Antonio.*) Nihil tale apud Plutarchum legas. Antonium Roma profugisse ad Casarem scribit *ἐπιπέδῳ τῶν ἑσπερίων*, quod non video, quid huc faciat.

*Curricula.*) Feminino genere non legi hætenus, quod sciam.

*Curritius.*) Penitus ineptum etiam hoc vocabulum existimo.

*Propterea Cicero.*) Nil ex hoc Ciceronis loco colligas ad confirmandum, quod præcedit. Imo curriculum ibi non vehiculum est, sed spatium currendi, quod cuivis mediocriter perito apparet.

*Ut testatur Plinius.*) Lib. VII. cap. 20. Sed ibi nihil tale, tantum ait, *nocte ac die longissimum iter vehiculis tribus emensum.*

## Cap. XIII.

*Panem & palma.*) Scribe, *panem & palmulas*, sic enim hebet Suetonius cap. 26.